



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda Ecclesiae Paderbornensis**

**Dietrich <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1602**

Benedictio mulieris praegnantis.

**urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3**

**BENEDICTIO MULIERIS PRAEGRANTIS, DE CUIUS periculo dubitatur.**

**A**diutorium nostrum in nomine Domini.

**Resp.** Qui fecit caelum & terram.

**Verf.** Saluam fac ancillam tuam.

**Resp.** Deus meus sperantem in te.

**Verf.** Esto illi Domine turris fortitudinis.

**Resp.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

**Verf.** Mitte ei Domine auxilium de sancto.

**Resp.** Et de Sion tuere eam.

**Verf.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Verf.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum Spiritu tuo.

**OREMVS.**

**O**Mnipotens sempiternae Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem : quaesumus vt eiusdem fidei firmitate, haec famula tua ab

omni-

omnibus semper muniatur aduersis. Per Dominum nostrum.

**OREMVS.**

**D**omine Deus omnium creator, fortis & terribilis, iustus atque misericors, qui solus bonus & pius es: qui de omni malo liberas Israhel, qui fecisti patres electos quoslibet, & sanctificasti eos munere Spiritus tui: qui glorioſę virginis matris Marię corpus & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur. Spiritu ſancto cooperante pręparasti: qui Ioannem Baptistam Spiritu ſancto repleri, & in vtero matris exultare fecisti: accipe ſacrificium cordis contriti, ac feruens deſiderium famulę tuę **N.** humiliter ſupplicantis pro conſeruatione prolis debitis quam ei dedisti concipere, & cuſtodi partem tuam, & defende ab omni dolo, & iniuria duri hoſtis, vt obſtricante manu miſericordiatuę, foetus eius ad hanc lucem veniat incolumis, ac ſanctę regenerationi ſeruetur: tibiq; in omnibus iugiter deſeruiat, & vitam conſequi mereatur æternam. Per eundem Dominum noſtrum, &c.

*Postea aſpergatur aqua benediſta, dicendo  
Pſalmum 66.*

**D**eus miſereatur noſtri, &c.

**Verf.** Benedicamus Patrem & Filium, cum  
sancto spiritu.

**Resp.** Laudemus & superexaltemus eum in  
sęcula.

**Verf.** Angelis suis Deus mandet de te.

**Resp.** Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

**Verf.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Verf.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum Spiritu tuo.

## O R E M V S.

**V**isita quęsumus Domine cunctam habita-  
tionem istam, & omnes insidias inimici ab  
ea, & à pręsenti famula tua longę repelle, &  
Angeli tui sancti habitent in ea, qui eam &  
& eius Prolem in pace custodiant: & bene-  
dictio tua sit super eam semper: salua eos om-  
nipotens Deus, & lucem eis tuam concede  
perpetuam. Per Dominum nostrum, &c.

**Resp.** Amen. Benedictio Dei omnipo-  
tentis Pa-  
tris, & Filij, & Spiritus sancti,  
descendat & sit super prolem tuam, &  
maneat semper. **Resp.** A-

men.

\* \*



ORDO